



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 90. Marii Theodoli Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

Sæc. XVII.
A. C. 1650.

§. XC.

Marii Theodoli Cardinalis obitus.

*Ciacon. in
vita Ur-
ban. VIII.
Guald.
Prior. in hist.
berd.*

Hanc eadem mortis necessitate paulo post sequebatur Marius Theodolus Nobilis Romanus, qui confecto feliciter studiorum curriculo Doctoris honores emeritus, Romæ Abbreviator Apostolicus, Camerae Clericus, & Auditor renunciabatur: demum annonæ Præfecturam adeptus, cuncta, quibus onerabatur, munia tam singulari integritatis, justitiæ, & dexteritatis encomio obibat, ut a summo Pontifice in Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, & a Franciæ Rege in Gallici Regni Protectorem seligeretur; demum Immolessi Episcopatu honoratus, hanc Ecclesiam post unius anni spatium mortis invidia dimittere cogebatur; anno enim quadragesimo nondum expleto die vigesima septima Junii decessit, in tituli sui Ecclesia ad S. Alexium sepultus.

§. XCI.

Cæsaris Montii Cardinalis extrema.

*Maracc. in
Purp Mar.
Vitaleon. de
domo Lau-
ret.*

Ex Purpuratis hoc anno denatis tertius erat Cæsar Montius patria Mediolanensis, qui nequaquam Patronorum favore, sed proprii meriti suffragio